

V I T A

S. G E R O L D I M A R T.

Et collecta de eo pro Febricitantibus.

G E R O L D U S Coloniæ Agrippinæ, anno  
salutis 1201 natus, à puerō pietati & ab-  
stinentiæ deditus, factus grandior multas ten-  
tationes diaboli superavit. Ubi ad ætatem vi-  
rilem pervenisset, cilicio induitus humili cuba-  
bat, seque in Dominicæ Passionis meditatio-  
ne, donec sanguis in terram deflueret, flagel-  
labat; jejunis & orationibus intentus. Is hu-  
mili amictu conctetus, absque ullo fæcularis  
auxilij adminiculo, multas & quidem longin-  
quas suscepit peregrinationes. Cùm autem  
post S. Jacobi in Hispaniam, & Romæ pere-  
grinationem, in Palæstinam transmittere pa-  
raret; apud Cremonam, in pago Mamica, à  
Pado fluvio absorpto, dum ad duos latrones,  
rixam inter se simulantes, pacificandos ac-  
currit, ab illis, ratis eum pecunias habere,

multis in capite vulneribus inflictis impiè occiditur. Cujus corpus insigni miraculo deprehensum traditur, Campanis civitatis sponte sonantibus, odore suavissimo ex eo exhalante, luminibusq; divinitus in eo loco splendentibus. Quarè Sanctus Vir jacens cum libello in quo nomen suum & patria, cum alijs rebus scriptum erat, inventus est: cuius Corpus ab Episcopo & Clero, cum totâ civitate, quæ ad tantam rei novitatem confluxerat, solenni pompa elatum, in urbemq; delatum, in Aede S. Vitalis conditum est; cùm portatores ad aliam Ecclesiam divertere conantes, immobiles effecti fuissent. Illud nunc in propriâ Ecclesiâ piè asservatur.

Ista totidem verbis recitat Philippus Ferrarius, Ord. Servorum B. M. Generalis in Catalogo SS. Italici Mediolani anno 1613 impresso, ex Vita ipsius, Cremona anno 1581 typis excusâ. Idem deinde hac addit:

Cum præter enarrata, nova post mortem, ad ejus tumulum, super cæcis, claudis, & alijs morbo aliquo laborantibus, miracula fierent, sacrâ suo nomini Aede dicatrâ, celebrari cœpit illius Natalis hac die VII Octobris.

Per merita Passionis Domini nostri Jesu Christi , & beatæ Mariæ semper Virginis, & beati GEROLDI Martyris , & omnium Sanctorum, liberet nos Deus ab omni malo febris. Amen. Pater Noster. Ave Maria. Credo.

Præsta quæsumus , omnipotens Deus , ut intercedente beato GEROLDO Martyre tuo, & à cunctis adversitatibus libерemur in corpore, & à pravis cogitationibus mundemur in mente. Per Dominum nostrum Jesum Christum, &c.

D U I T A M

D S S E N.